



XII, 47.

5, 462,





2



Genealogia

Illustrium ac Generosissimorum

COMITUM

SOLMENSIIUM,

Dominorum in Dünzbergf/

Wildenfels/ Sonnenwaldt/ Baruth

ac Pouch/ &c.

Continua serie à Septingentis retrò annis ad

hanc nostram ætatem usque repetita, & brevi-

bus Epigrammatibus Hexastichis

exposita.

Auctore

ALBERTO-OTTONE BILGENIO,

LAUBACENSI SOLMEIO.



G I E S S Æ,


Ex Officina Typographica PETRI LUCII,

ANNO M. DC. XXI.



AUGUSTINUS.

Non me pigebit, sicubi hæsi-
to, quærere: nec pudebit, sicubi
erro, discere.





PERILLUSTRIBUS ATQUE GENE-
ROSISSIMIS ADHUC VIVENTIBUS COMITI-
bus in Solms/Dominis in Münzenberg/Wildens-
fels/Sonnenwalde/Baruth & Pouch/&c. Dominis
meis benignissimis, ac Comitibus
clementissimis.

Vitam, incolumitatem atq; felicitatem perpetuam.



*Ec fallit nec fallitur aureæ eloquentiæ ille phœ-
nix CICERO, perillustres generosissi-
miq; Comites Domini clementissimi,
dum Historiam testem temporum, lucem
veritatis, vitam memoria, magistram
vitæ, nuntiam vetustatis, civilis prudentiæ
Patrem, deniq; speculum atque imaginem
humanæ vitæ salutat; nec abludit DIO-
DORUS SICULUS, qui Historiam, historiæq; cognitionem
atq; scientiam τῆς ὅλης φιλοσοφίας μητρόπολιν appellat: Quibus
suo quoq; calculo applaudit & alludit NAZIANZENSUS suâ atate
solus κατ' ἐξοχὴν Theologus cognominatus, in sacro quodam Poë-
mate scribens, quòd Historia sit συμφερτὴ quædam σοφία πολλῶν
καὶ πάντων νόσ. Nam cætera monumenta, referente præalle-
gato DIOD. SIC. in proœm. antiq. ad parvum tempus perdu-
rant, variis casibus disturbata: Historiæ vero virtus per univer-
sum terrarum orbem diffusa, ipsum, quod cætera consumit, tempus*

EPISTOLA

sui custodem habet: Nulla siquidem, teste THUCYD. lib. I. hominibus facilior ad vitæ institutionem via est, quam rerum antegestiarum cognitio. Et secundum NICET. init. 2. hist. Historia liber est viventium, & tuba, quæ excitati mortui in medium producuntur. Quin etiam nulla est ars tam parva (ut loquitur HENRIC. PAULIN. in Orat. de laud. Histor. 1553.) nulla scientia tam occulta nulla disciplina tam obscura, cui non Historia, præstantiâ atq; amplitudine suâ subsidio atque ornamento sit.

Historiis autem Historicorumvè libris GENEALOGIAF Imperatorum, Principum atq; Comitum meritò sunt annumeranda, quippe quæ ex iisdem eorundemq; scriptis atq; monumentis summo studio summaq; curâ transcriptæ sunt ac concinnatæ.

Vulgus, neque ille solus, verùm etiam eruditissimi amplissimiq; quiq; viri (ut titulos tenus saluari satagunt) temerè & stultè sibi persuadent, persuaderivè ineptè & fanaticè patiuntur, exigui precii ac utilitatis, imò nullius hili & pili esse Genealogias Casarum, Regum, Electorum, Ducum, Principum, Comitum, Baronum, aliorumvè potentiorum atq; magnatum: idq; eam (proh prægnantem!) ob causam, quia maxima, si res acu attingatur, in eis incertitudo & discrepantia propter tantum temporis intervallum latere videatur: Sed scopæ sunt nimis dissolutæ, & nihil ad rhombum.

In limpidissimis Israëlitis fontibus tum veteris tum novi Instrumenti hinc inde videre est, quòd etiam tum temporis Genealogiæ diligentissimè & accuratissimè fuerint annotatæ ac distinctæ: prout I. Chron. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Patriarcharum: Matth. c. 1. v. 1. & c. & Luc. c. 3. v. 23. & c. Salvatoris nostri IESV CHRISTI Genealogiæ exquisitè & egregiè connumerantur ordineq; recensentur.

Aurelius Victor eximiis ornat encomiis & præconiis Imperatorem Valentinianum I. quod quemadmodum in plurimis rebus, ita etiam in scrutandis Genealogiis omnem adhibuerit diligentiam:
Quod

DEDICATORIA.

Quod ipsum quoque ipsius Antecessor sapientissimus & præcellentissimus Caesar Adrianus fecisse legitur. Horum vestigia insecutus est Successor Maximilianus I. qui non tantum insatiabili Historias legendi & discendi desiderio flagravir, sed etiam easdem propagare omni Animi impetu studuit & calluit: Qui etiam viris optimis nec non clarissimis Iohanni Stabio & Ladislao Sunthemio, &c: priscis illis maximeque Generosissimis Familiis Teutonice regionis atque nationis solerti indagine incumbendis exemplo fuit, ac regere calcar addidit.

Profunt namque plurimum vera Genealogiarum descriptiones in celebrandis Sponsalibus, in condendis imò aperiendis ultimis voluntatibus, ab intestato successione, in demonstrationibus & probationibus Stemmatibus atque Sanguinis, Agnationis & Cognationis, in fœderibus & pactis, & id genus aliis. Insuper etiam præcidunt & abscindunt diligentes justaque Genealogiarum delineationes & deductiones omnis generis rixas & altercationes, sicut non solum profana, verum etiam sacra Historia in promptu sunt: Sed omiſſis pluribus de Iudeorum, populi videlicet Dei, ob Genealogias altercationibus & dissensionibus hæc vice aliquid in mediū proferemus. Paulo ante Adventum CHRISTI in carnem Iudæi inter sese rixati sunt, an alius posset, ex officio ordinario, docere quàm qui è tribu Levitica natus fuerit, unde mirifica secta orta sunt. Levitæ enim, ut Annius refert, dicebant, nullum posse esse Scribam & Doctorem Legis, nisi ex genere Levitico, dicente Moysse ad populum: Iudicia tua Levitæ docebunt, Iacob, & legem tuam ô Israël. Econtra Jonathan Benoeziel dicebat, quòd etiam Genealogia Iudaica poterat docere, unde in Targum Genesin traducit: Non auferetur sceptrum de Iuda, & Scriba de filiis filiorum eius, donec veniat Messias, cap. 49. v. 10. Qui verò erant è tribu Isaschar, dicebant, quòd etiam de suâ Genealogiâ poterant esse Doctores. Nam in Paralipomenis dicitur, de filiis Isaschar erant viri eruditi, qui noverant singula tempora, ad præcipiendum, quid deberet agere Israël. Piures alii volebant, quòd ex omnibus tribubus & Ge-

In Philonis breviorio de temporibus. Joseph. lib. 15. antiq. c. 9. 10. Phil. Mor. de veritat. Relig. Christi. c. 29.

EPISTOLA

nealogiis, etiam converforum ad Iudaifmum, poterant eſſe Doctores, quia interfectis legis Doctores, in Zanedri, Herodes poſuit Zanedrum, ex neophytis & profelythis, qui dicti ſunt Phariſei & Scribae.

Vnde & Mayr, auctor totius Doctrinae Thalmutica, fuit Iudeus, converſus ad Iudaifmum, ut ſparſim in Thalmut traditur, & Rabbi Moyses Aegyptius narrat, in prologo ſummae de auctoritate Thalmutica: & ita haec quaestio, de Genealogia Doctores, nunquam fuit definita: Altera rixa, & altercatio de Sacerdotio fuit; quia ſolum eo ſungebantur, qui erant de tribu Levi, & Levitae probabant, ex traditis à Moſe: alii vero dicebant, quod qui etiam ex gentilibus converſi tranſiſſent in tribum Leviticam, poterant eſſe Sacerdotes; quia Moſes dicit, de comestione agni, Exod. 21. Si quis peregrinorum voluerit in veſtram tranſire Coloniam, circumcidatur, & ita comedat Phae: & mox ſubdens legem univerſam: Eadem, inquit, lex erit indigenae, & colono. Ergo eadem lex & jus erit, colono, tranſeunti in coloniam, & Genealogiam Leviticam, ſicut & Levitis. Et confirmabant, quia omnes Pagani tranſeuntes in Genealogiam Meſſiae, erant etiam Sacerdotes. Itaque haec & huiusmodi pugnae, & Genealogiarum interminatarum rixae erant, & ita vocabantur, &c. Haec tandem in varias ſectas eruperunt, quae depravato vero cultu divino, regno & populo Iudaico exitium pepererunt.

Ceterum ad Genealogias quod attinet, Herodes, quem Magnum appellant, obtinenda & firmanda potentia ſuae cauſa, eas ſuſtulit. Is enim, cum eſſet Idumaeus, alienus à ſtirpe, & ſanguine Iudeorum, haberi tamen cuperet pro Iudaeo, quò magis regnum illorum, quod ab Auguſto Caeſare impetraverat, ſibi poſterisq; ſuis confirmaret, omnes Genealogias, quae apud illos in Archivis, ab Abrahamo uſq; diligenter fuerant aſſervatae, & ex quibus facile, nullo errore, deprehendi poſſet, è quo quiſq; genere oriundus eſſet, juſſit incendi, & flammis aboleri, ideò videlicet, ne quid ſuper eſſet in poſterum, quo ipſe notari poſſet alieni ſanguinis. Et, hanc ob cauſam, multorum
opinio

DEDICATORIA.

opinio est, reliquias Iudeorum, hinc inde per orbem terrarum, hodie sparsorum, non posse certò indicare, è qua tribu quisq; originem suam, vel Genealogiam ducat, multo minus, utrum aliquis ex tribu Iuda (unde adhuc eorum Messiam expectant) superstes sit, necne, licet gloriantur se, in hac re, tam ignaros non esse, quin reliquias tribus Iudæ demonstrare possint. Et meminit Philip. Camer. J.C. & Reipubl. Noricæ à consiliis, cent. 3. hor. subciv. cap. 8. se, cum Ferrariæ fuerit, unum veluti ex semine & tribu Iudæ oriundum, sæpius in Aula Principis vidisse, & diligenter ejus faciem, & mores liberaliores, planè differentes à reliquis Iudæis, observasse, ut εἶδ' & ἀξιολογῆσαι. v. vid' & de eo potuisset prædicari, secundum Euripidem. Verum eorum opinionem, in hoc homine è regia stirpe orto, sicut in aliis quoque rebus, vanam & confictam fuisse, eventum declarasse. Et hæc de veteribus rixis & emulationibus ob Genealogias. Ad manus etiam essent plures aliæ, sed ne chartam superfluis denigremus, ulterius progrediendo quæ magis ad propositum & scopum nostrum possunt accommodari indicabimus.

Profunt igitur Genealogiæ imprimis, ut sanguinis familia, bona & dona Naturæ, Mentis & Fortunæ inde ediscantur & innotescant. Hac dere Waremund. de Ehrenberg nobiliss. & politiss. nostri seculi Aulico-Politicus, Meditam. pro Fœder. pag. 257. & 258. edit. 1601. non minus verè quàm eleganter scribit: Pleraq; familiæ singulares formas corporum, virtutes & vitia quasi familiaria habent. Legimus Appios, ambitiosos; Valerios, populares; Brutos constantes; Fabios, patriæ amatores; Scipiones, ambitiosos & bellicosos; Claudios, superbos; Lelios, semper hilares fuisse. Vetusta familiarum exempla nobis sunt tantum in ore, cum presentia tutò attingere non liceat. In summa, tantam vim volunt procreationis, ut quasi sanguini, membris, dentibus, crinibus inhereant multa, ut etiam hæreditariis morborum & mortis generibus multi extinguantur, Leonic. lib. 1. cap. 54. & casibus iisdem subjiciantur. Sci-

mus

EPISTOLA DEDICATORIA.

mus enim eodem die Iohannem Fridericum Electorem, & filium Iohannem Fridericum Ducem Saxonie, quamvis diversis annis, custodia traditum. Constat insuper Mauritium & Christianum Saxonie Duces & Electores, eodem aetatis & gubernationis ferè anno, vitam cum morte commutasse. & paulò post: Cum vitia & virtutes Majorum à posteris quasi rursus exhibeantur, Principes Genealogias familiarum diligenter inquirere & perscrutare debent, utrum familia insignis virtutis dotibus, vel vitiorum sordibus fuerit celebris. Hinc non immeritò πολυθρύλλοντων seu vulgare Germanorum dictorium verissimum manet, quòd Aquilæ non progenerent passerem, item daß kein Eule einen Falcken ziehe: & propemodum pro-
 critissima & communissima est regula, quod Q. Horat. Flac. lib. 4. carm. Od. 4. canit:

Fortes creantur fortibus & bonis,
 Est in juvenis, est in equis patrum
 Virtus, nec imbellem feroces
 Progenerant aquilæ columbam.

Quod Germanice ita transferrisolet:

Von dapffern Eltern/dapffre Kind /
 Von frommen fromm gebohren sind:
 Ein schönes Kind/ein schönes Pferdt/
 Seins gleichen bringet auff die Erd/
 Ein König aller Vögel groß/
 Der Adler/nie kein Taube schloß.

Nec minus in ore omnium est illud Platonis: optimus & magnificentissimus liberorum thesaurus est parentum virtus atq; gloria, cui inest admirabilis & occulta quædam vis, in Stirpem virtutis derivanda & propaganda.

Hoc

DEDICATIO.

Hoc ipsum in illustri & eximia Solmensi familia verificatum esse satis perspectum atque cognitum habemus. Hujus enim Comites non solum Martis, verum etiam pacis tempore illustres ac praestantes, imò praestantissimi semper prodire: ossibusq; & personis eorum lepidè adhaeret, quod Imp. Justin. in proëm. Instit. scriptum retinquit: Imperatoriam, inquiens, majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus, & bellorum & pacis rectè possit gubernari: & princeps Romanus non solum in hostilibus praeliis victor existat: sed etiam, per legitimos tramites, caluenniantium iniquitates expellat: & fiat tam juris religiosissimus, quam victis hostibus triumphator magnificus.

Quoniam autem perillustri atque optima perillustrium optimorumq; Comitum Solmensium Genealogia apud nullum ferè Xpovoyeç pov præter Eliam Reusnerum & Wilhelmum Dillichium (qui tamen supervacaneis communicationibus ac subsidiis aliquadantenus videntur destituti, adeò ut rem tam eximiam non pro dignitate, sed saltem pro scientiâ & experienciâ, nihilominus tamen pulchrè, doctè & eruditè concinnaverint, & comportaverint) plenè & planè exstat, ideò huic labori licèt atati meæ gravissimo, nihilo secius tamen suavissimo, crenam & venam applicare haudquam abhorruì.

Annus enim nunc ferè adimpletur alter, ex quo, divinâ sic moderante gratia eximium eximiorum Dnn. Comitum Solmensium, maximè autem excellentissima Laubacensis Lineæ, Genealogiam Αγατῆς Βῆς ἐν ἐξῆς per brevi Epigrammate seu Hexasticho describendam inchoavi, descriptamq; hortatu Mæcenatum typis exscribendam fideliter curavi: Verùm animadvertens, exilem illam atque vilem pro juventute meâ, ingenii tenuitate, nec non rerum adhuc mancâ experienciâ expeditam descriptionem multis iisq; non infimi subsellii ac authoritatis viris, tum clarissimis aliquot Dn. Professoribus, inclytæ Academia Giessana, tum aliis Dnn. cognatis &

B
agnatis,

EPISTOLA

agnatis, viris sanè eruditionis rarè non ingrata in iucundamq; fu-
 isse, qui etiam suavis instinctuq; suo hoc ipsum apud me procuravere,
 ut totum prælustre Stemma cum omnibus de se manantibus lineis de
 novo delineandum, delineatumq; eà qua incepti methodo tractandum
 ad manus sumpserim, typisq; publicis publicandum sponderim, ac
 jam ut antea solerter & gnariter divulgandum curaverim: Horum
 enim admonitioni & petitioni ut amiciissima ita & honestissima re-
 fragari amplius nec debui nec volui. Aggressus igitur sicut Deo hoc
 quod coràm est laboris in lucem emisi & produxi publicam, enixè
 sperans, Illustr. Vest. Generos. ut & Dominis instigatoribus &
 suasoribus, aliis vè genuina bonitate præditis genuino ve candore con-
 spicuis viris gratum atque acceptum fore.

Ab eo autem tempore quo has subii partes in hoc unum ea
 qua potui diligentia & sollicitudine imò cum hastà & scuto incubui, ut
 radicem hujus arboris inclytæ investigarem, ab eaq; primordia pro-
 positi mei ducerem; Quamvis etiam aliquot haud incelebres Histori-
 cos & Genealogiographos sicut de i. ng. & a. id. percurrerim, volverim
 & revolverim, nullum tamen ex lectis & relectis invenire potui,
 qui probabilem de hac fecerit mentionem.

Ideò de WILHELMO qui vixit circ. an. 920. telam exordiri
 coactus fuissim, nisi neotericus quidam Historiographus Johannes
 Textor Hægeranus ex hoc Labyrintho me liberasset & deduxif-
 set. Hic enim originem & radicem Dnn. Comitum Solmen-
 sium Homburgensium & Synensium in illustrium & genero-
 sissimorum Comitum Nassovicorum Genealogia, & Ditionis Nas-
 sovica descriptione, elegante certè libello, pronunciat & in lucem de-
 ducit ac demonstrat prædicta tria heroica Stemmata Dnn. Comitum
 Solmensium, Homburgensium & Synensium à Stirpe Nas-
 sovica suum ortum trahere atque originem; Solmense autem de
 quo nobis hic sermo erit hac occasione: Philippum Eberhardi Co-
 mitis Nassovici filium in matrimonium duxisse Catharinam
 Hano-

DEDICATORIA.

Hanoviam, & propriam sibiq; placentem sedem commodamq; domum (quæ etiamnum Burg Solms appellatur) ad fluvium Solm-
fium (dic Solms à quo Comites Solmenses nomen suum ade-
pti sunt) extruxisse & edificasse, filium etiam nomine OTTONEM
genuisse, & hunc primum Comitem Solmensem factum esse,
& ab hoc cetera à Stemmatis Nassovici anti-
quitatem, nec non Solmicos & Nassovicos Comitatus contiguos ra-
tione non caret, nostroq; ut & doctissimorum quàm plurimorum pa-
lato mirum in modum sapit. Quare priorem sententiam commutans
opusculum meum Genealogicum ab OTTONE primo Sol-
mensi Comite incipit, idq; Illust. Generos. Vest. humili ac devoto
affectu inscripsi.

Hujus facti causas habeo & pondere graves, & numero mul-
tas.

Primo enim hujus instituti mei calcar mihi præbuit singularis
quidam ardor & animi propensio erga patriam terram, & Illust.
Generos. Vest. inclytos patriæ meæ Dynastas & Comites, cui (pa-
triæ videlicet) quantum quisq; debeat non obscure innuit & indicat
præclarissimus ille supernaturalium & cælestium rerum Doctor, &
Philosophorum Homerus, diviniissimus Plato, cum in Epistola ad
Architam Tarentinum scribit, cogitandum nobis esse; ὅτι ἐχθρὸς
ἡμῶν ἔχ' αὐτῶ μόνον γέρονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν πῆ
πατεὶς μερίζεται, τὸ δὲ πῆ οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι.
Quod Cicero aureum illud Eloquentia lumen & flumen lib. 1. of-
fic. interpretatur his verbis; Non solum nobis nati sumus, ortusq; no-
stri partem patriæ sibi vendicat, partem parentes, partem amici. A-
rist. 8. Polit. 1. 1. §. 15. ff. de vent. in poss. mitt. 1. 19. postlim §. fi-
lius. ff. de cap. postl. & revers. Quà de re perpulchrè quoq; canit
Ovid. lib. 2. Trist.

———— Pius est patriæ facta referre labor.

B 2

Alteræ

EPISTOLA.

Altera causa GRATITUDO est, quæ eò magis me decet, quò turpius, quoq; inhumanius vitium censeo esse ingratitude: Est enim detestabilis oblivio gratiæ (inquit Theodoretus) & beneficiorum reticentia: Xenophon eleganter: ingratitude, inquit, contemnitur Deus, Respublica leditur, & Proximus offenditur: referente Andr. Sicul. cons. II. col. 3. lib. I. & ingrati inter amicos versantur sicut mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu. Rip. in l. fin. 19. C. de Revoc. donat. Ita etiam concludunt omnes Dd. & JC. in cap. fin. extr. de revoc. donat. ingratitude deterrimum esse vitium, quippe quæ & Diis & Hominibus in visa. Quinimò ingratitude, secundum D. Bernhardum, est ventus urens, exiccans fontem misericordiæ, rorem pietatis & fructum gratiæ, ut refert Panorm. in c. fin. de donat. Hac probè mecum considerans, omne studium & diligentiam adhibui hæcenus, ut Illust. Generos. Vestr. beneficia, in me meosq; ingenti cumulo, seu largissimis q. imbribus largissimè collata, publicè deprædicarem: Beneficia inquam, quæ parens meus Bernhardus Bilgenius, p. m. vir quondam verè sinceri animi, simplicis ingenii, apertæq; voluntatis, quippe qui Generosissima atq; fortissima Lineæ Laubacensi obstrictus fuerit, sensisse se abundè palam professus. Beneficia dico, quibus tota Solmensis Familia, præcipuè v. Heroica Laubacensis Linea totam familiam nostram affecit affatim, ut in numerum vix mihi verba suppetant.

Hiscæ accedit, quòd toti per illustri Stemmatis erga eos, qui limpidissimis Musarum irrigantur rivulis, tanta est benevolentia & humanitas, tanta erga rei literariæ peritos munificentia & philoſophia, tanta in pietatis sincera, omniumq; heroicarum virtutum exercitiò industria, tanta prudentia, tanta justitiæ observantia, ac erga Patriam atq; subditos amor, ut in hisce omnibus hac tempestate aliis Germaniæ Comitibus (absit invidia, absit Gnathonica adulationis suspicio) si non præponi, ne utiquam tamen postponi debeat.

Neg; etiam aliud video patrociniū, quàm Stirpem Solmæjam.

DEDICATORIA.

ma jam. Cui enim hac Genealogia merito dicari ac consecrari posset, quam iis ipsis de quibus præcipue agit? cui quæso majori jure inscribi posset, quam iis ipsis, qui jam eidem sunt decori atq; honori? Cui denique humiliori observantia offerri deberet, quam iis ipsis, qui ansam & calcem ad hanc ipsam dederunt, imò quibus author non librum tantummodo, sed seipsum, omniaq; sua studia & officia, si quæ à se proficisci poterunt, dedicat & consecrat.

Quæ cum ita se habeant non temere opusculum hoc Genealogicum I. G. V. unice sacrum & subjectionis humilimæ argumentum ac monumētum perpetuum esse volo. Illa autem, qua par est, reverentia etiam atque etiam submissèq; rogo, ut Illustr. Vestr. Generos. illud clementer suscipere, meq; meosq; gratia atque clementia sua porro quoque fovere ne dedignentur.

Deus Opt. Max. omnium laudandarum rerum fautor & author Illust. Generos. Vestr. Spiritu suo sancto regat, Angelorum exercitu tegat, omni benedictionum genere augeat, & in vera fidei incrementum, ac in Patriæ emolumentum, in bonorum denique omnium solatium, quàm diutissimè salvas florentesq; conservet, felicitet, secundet, fœcundet.

Dabam Laubaci Solmæjorum ex meo φροντισηείω. d. 31. Quintilis, quo illustris atque generosissimus Posthumus Dn. ALBERTUS-OTTO, Comes à Solms, Dominus ac Discipulus meus (cui omnia fausta corditus precor) ad continuanda sua studia felicissimè inchoata Darmstadium missus est, Anno 1620.

Illust. Generos. Vestr.

Subjectissimus

Albertus Otto Bilgenius junioribus
Comitibus Laubaci à Studiis.

B. 3

PRAE-



PRÆFATIO AUCTORIS
AD LECTOREM.



I Historias, amice, benevole & candide Lector, GERMANIÆ dilectissimæ Patriæ nostræ cum iudicio ac ratione tanquam æquissimâ lance diligenter & jugiter estimamus, haud immeritò deplorandum, conquerendum & reprehendendum est, quòd multis abhinc annis multorum prælustrium Heroum atq; Magnatum (quibus, laus Deo, fortissima *Germania* nostra nunquam caruit aut destituta fuit) qui nedum aureæ Pacis, verùm etiam horrendi Martis tempore omnis generis egregia, insignia atque heroica facinora, perpetravere, sicq; nulli Nationi iure cessere, reputatio, decus & fama sit posthabita & oblivioni tradita, dum illorum eximia & prænobiles res gestæ in Teutonicæ Nationis honorem & decorem, inque posterorum æmulationē & imitationem sunt neglectæ, nec literis demandatæ. Cujus rei pessimæ hæ videntur esse causæ potissimæ: Prima, quòd, *prout etiam præcellentissimus Politic. & Historic. C. Corn. Tacit. Eques Rom. scriptor. graviss. lib. de Germ. scribit*, literarum secreta viri pariter ac fœminæ ignoravere. Hinc ex defectu & penuria Historiographorum istis temporibus per multa celebria ac perpulchra facta & acta ad posteritatem stylo non sunt transmissa, & in annales relata: Postea Germani plerumq; suorum Heroum, Principum ac Comitum illustria facinora ad perpetuam rei memoriam rhythmis & cantilenis comprehenderunt, ac in conviviiis & conventibus cecinerunt & legerunt.

Altera

PRAEFAT. AVTH. AD LECTOREM.

Altera causa est, quòd Adversarii & Extranei, postquam cognoverunt, summoq; damno experti sunt, quàm fortis ac magnanima ipsis contrarietur & refragetur Natio, illorum animosa & virilia facta & encomia ex invidiâ retinuerunt & abscondiderunt, vel aliâs, quod dolendum & lugendum est, mirum in modum deformaverunt & dedecoraverunt; quemadmodum ex antiquis & hodiernis Historiis luculentissimè patet, liquidové constat. Quare verissimum est, quod *Horat. Flacc. lib. 4. carm. Od. 9. canit:*

*Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, sed omnes illachrymabiles
Vrgentur, ignotiq;, longa
Nocte: carent quia vate sacro.*

Quod igitur tum temporis *Agamemnoni* (qui juxta Chronologiam fuit Rex Mycenarum, & Anno mundi 2771. ante adventum Christi in carne an. 1200. & circa tempus Elon XI. Judicis in Israël, nec non sub initio belli Trojani vixisse creditur) & post hunc aliis quoq; magnis & insuperabilibus Regibus, Principibus, Comitibus ac Dynastis &c: accidit, illud etiam illustribus atque Generosissimis *Dnm. Comitibus à Solms*, qui extra omnem dubitationis aleam quàm plurima virilia & notatu dignissima præstiterunt, evenisse in propatulo & aprico est. De Horum vetustis Historiis (pro meâ scientiâ) pauca, nisi quod hic vel ille incidenter & obiter interdum aliquid attigit & annotavit, nobis suppeditantur. Hinc amore Patriæ ejusve Dominorum commotus eò *ἀνακτόλος* velis remisq; Jehova Duce & Auspice contendere, quò integram atq; perfectam *Stirpis Solmæjæ* Arborem colligerem, & quemlibet Comitem (de solis masculis hic nobis agendum erit) singulari Epigrammate vel Hexasticho adornarem, ac in illud præcipua singularia & realia referrem. Fateor autem

tem.

PRAEFAT. AVTH. AD LECTOREM.

tem ingenuè & apertè, me aliquoties generalibus acquie-
viffe, quando nulla specialia & personalia (quamvis omnes
Solmæjæ Ditionis officinas diplomaticas hanc ob causam
amicè salutaverim) habere potui. Ea propter te benevole
Lector etiam atq; etiam rogatum volo, ut hocce meum opu-
sculum crassiore Minervâ absolutum, neq; etiain pro digni-
tate sed tantummodò pro mancâ adhuc rerum experienciâ
compilatum ac concinnatum, amicâ fronte suscipere, æqui
boniq; consulere, & si quid corrigendum deprehenderis,
humaniter corrigere, insuper & realia si quæ sunt benignè
communicare haudquaquam dedigneris. Expectabis tan-
dem à me (*Mortis ab ingluvie si modò vita manet*) Diis faventi-
bus & plaudentibus propediem perfectiorem utriusq; sexus
Germanicam Genealogiam, ejusve non in ligato orationis ge-
nere, sed in prosâ jucundiozem descriptionem. Quare si in
hoc vel illo, sive sit in nominibus, sive in eorum collocatio-
ne, sive etiam in realibus & personalibus, sive in alio aliquo
erravero (errare enim humanum esse cogitabis) aut aliquid
prætermisero, illud in laudem, gratiam & honorem illustris-
simæ Stirpis perfectum reddere adjuves, & ut petivi hanc
qualem qualem Descriptionem non caperatâ sed planâ &
sanâ fronte, non tristi & austero sed hilari & humano vultu
introspicere, legere & relegere neutiquam graveris, ad ejus-
modi vel alia officiorum genera me vicissim habebis prom-
ptum imò promptissimum. Hisce vale feliciter & me ama-
re, meumq; propositum juvare perge amanter. Dabam
LAUBACI Anno QVIDqVID De Irant Reges, pLebs
sVstInet Iras.

Ἐπαντ' Ὀφθαλμὸς βλέπει
λαμπρότατον Σίδι.

AD



AD DOCTISS. DN. ALBERTVM OTTONEM
BILGENIVM, juniorum Dnm. Comitum Solmensium Lau-
baci Praeceptorem fidelissimum, Amicum atq; Affi-
nem suum dilectissimum.

DE OPUSCULO IPSIUS GENEALOGI-
co Generosiss. Comitum Solmensium.

Sive vetustatem spectes seu fortia facta,
Quae Solmeorum Martia dextra dedit:
Haud facile invenies, à quo vincantur in orbe,
Romanum quò se distinet imperium.
Tu genus hoc clarum, Bilgeni, versibus ornas;
Stemmatis hinc soles parva synopsis habet.
Et merito, patrios Comites laudare decebat;
Cura magistratùs quem regit atque tegit.
Quando igitur Laubacha domus, domus inclyta factis,
Commisit fidei pignora cara tuae,
Ingenio ut capiant fructus Pietatis & Artis,
Vnde Deo placeant, civibus atque suis.
Hoc illis etiam speculum proponis honorum,
Vt constent natis facta paterna piis.
Has crebrò intueantur opes, hinc robor a sumant,
Sive animus poscat munera sive manus.

Conradus Bachmannus, Histor. &
Poët. Professor Gießæ.

C

IN





IN ILLUSTRAM GENEALOGIAM
SOLMENSEM, A CONSULTISSIMO AC DO-
ctissimo Viro, Domino ALBERTO OTTONE BIL-
GENIO, J. U. C. delineatam,

M. MAXIMILIANI RITTERI, PASTORIS
LAUBACENSIS, NOTATIO METRICA.

SOLMS *Solis Mons* es, mons ac Heliconia tempe,
Queis virtutis honos undiq; germen agit.
Virtutem quamcunq; volo, quamcunq; reposco,
Floridus en vario suppeditabis ager.
Sol tibi *justitiae* donorum lampade splendens,
Ditis & Eumenidum devia spectra fugit.
Sol naturalis radios moderamine mittens,
Dat moderata poli, dat moderata soli,
Si pietatis amor, cultus reverentia siqua,
Non nisi *Solmiacis* sanctior illa fuit.
Justitiae stimulo factorum es cultor & ultor,
Aequa tuis tribuens pondere jura pari.
Sidera quot stellas, campus quot habebit aristas,
Aequora quot conchas, gramina quotq; solum.
Tot paris *Ottones*, tot *Achilles*, tot *Gedeones*,
Totq; studes ad avum facta stupenda sequi.
Prudentem quoties stabilit prudentia prudens,
Prudenter toties coepta steterere tua.
Rebus in extremis caute moderaris habenas,
Ut virtus medio tramite semper eat.
Pacifugos passim ferro compescis & igne,
Pacificis contra das quoq; pacificos.

O amor!

O amor! ô nunquam linguis effabilis ardor!
Qua tibi commissos integritate foves?
O stabiles vires! ô firmo pectore curas!
Curæ etenim tibi sunt *atria, templa, scholæ.*
Jungit amicitias tecum *Rex, Induperator,*
Dux, Princeps, Baro ac omne celebre genus.
Musarum sectaris opes, sectaris amores,
Es velut Aonii portus & aura chori.
Quæ benefacta aliis librâli munere confers,
Haud secus, atq; decet, prædicat oris opus.
Quid multa? in promptu fama est, res cognita cunctis,
Perq; omnes volitat gloria vecta plagas.
Littoris æquorei si quis numerabit arenas,
Sat poterit laudes commemorare tuas:
Maeste ergo soboles, Solmejaq; gloria maeste,
Quo pede cœpisti, fausta perennis eas.
Vive diu, confide Deo, floresce, viresce,
Cresce bonis omni tempore, vive diu.
Det Deus ominibus lævis, ô *Stemma celebre,*
Per longas hyemes perpetuamq; sitim.
Ast tibi phœnicis vivacior affluat ætas,
Sint sine tristitiis, sint sine mole dies.
Vivat & Albertus, cantans tua stemmata, vivat,
Vivat in hoc seculo, vivat in æthereo.

IN GENEALOGIAM SOLMIACAM A
Clariss. Dn. ALB. OTTONE BILGENIO compatre
suo honorando &c. descriptam.

AD CANDIDVM LECTOREM.

SOLMEJÆ noster BILGEN primordia stirpis
Promit, & antiquam vindicat ore decus.

Stemmata commemorat, victuro carmine cunas

Prosequitur, vitam, mortis itemq; genus.

Ergò Solmiacam cupiens cognoscere stirpem,

Agnoscas Dominis quæ canit ipse suis.

Ingressus cernis, progressus, cernis itemq;

Egressus Comitum: haud lectio inanis erit.

Talia quig; legis, domui hoc persolvito votum

Solmensi: Dominus det meliora tibi.

AD ANCIPITEM LECTOREM.

S*I cupis, in videas: studeas si noscere pruris:*

Vt cupis in promptu est hæc tibi materies.

BILGENIO *haud oberit: nihil & tibi proderit illud:*

Nam puro ex animo quod datur, omne datur.

Si cupis, accipias: si non, quæso ista relinquant:

Inquiras stomacho pabula digna tuo.

Ex ipsis pratis depromit aranea virus;

Mellifluum rorem quæis pia sugit apis.

F. Johannes Botthius Ecclesiæ Lau-
bac. Diaconus.

Anno, quem designat hæc oratio:

E*la DoMIne Iesu VenI, LIbera, & saLVa nos.*



Ad Præstantissimum & literatissimum Virum

DN. ALBERT. OTT. BILGENIVM, &c.

I*Ngenium humanum ferro simile esse, Catonis*

Est dictum verum, nec ratione carens.

Nam velut assiduo ferrum splendescit in usu,

Quod situs obscuris roderet in tenebris.

Ingenii vires ita mollis inertia frangit,

Quas moderatus alit nobilitatq; labor,

Inde

Inde suum quemvis decet exercere talentum;
Et Domino, ut fas est, lucra parare suo.
Hoc dum, BILGENI, perpendis, hebescere nunquam
Ingenii chalybem, non acuendo, finis
Carminè nunc pueros informans moribus aptos,
Nunc tot & Heroum stemmata clara canens.
Et meritò hinc felix, licuit cui, munere tanto
Ingenii, velle & posse juvare bonos.
Merce proba emptor adest ultrò, ferturq; legenda,
Sin minus, efficitur theca croco & piperi.
Inclyta *Solmeja* hinc dum stirpis germina cantas
Esse probam mercem quis neget; haudq; probet?
Hæc nam Germanum jam divulgata per orbem
Vendentem quærens, non licitante caret.
Hunc ob defectum rursus revirescere stirpes,
Et tam selectis vis superesse typis.
Orto, velut pergis pergas, ac ede quod audes,
Summa boni laus est, pluribus esse bono.
Maeste animi, aureolos studeas producere fœtus,
Post urnam & cineres sicq; superstes eris.
Dumq; haud *Solmeja* cessat protrudere germen
Stirpis honos, crescet nomen honosq; tuus.
Hæc sunt quæ volui tibi scribere amicus amico,
Corpore quem valido valdè valere velim.
Non tibi sum visus, nec tu mihi visus es unquam
(Quamvis optarit pectore quisq; suo)
Attamen haud mutus, sed mutuus ardet utrisq;
Noster amor, scriptis res patefacta proba
Sic est, virtuti virtus cognata secretam
Gignit amicitiam: sed fugit ista malos.

M. Stephanus Ritterus, P. L. C. & illustris Gymnasii
Waldeccensis Corbachii Rector.

DION. lib 1.

Ex Historia viri fortes, qui fatum suum implevere,
immortalem ædipiscuntur gloriam, & à posteris
laudantur.

AD GRAVISSIMUM SPECTATISSIMUMq;
nostrum Dn. CELLARIUM atq; PRÆTOREM
Utpensem.

M Illia mille librūm variis de rebus in auras
Publicitusq; typis mille dedere viri.
*Attamen exactè Solmensia Stemmata pauci,
Multorum hinc Comitum nomina sola vigent.
Pergat in hoc stadio studioq; vir iste, profectò
Hoc nomen populi cis mare transq; vehent.*

M. Casparus Hoffmannus Pastor Treisensis
ad Horlovium.

ALIVD.

A bis centenis opus hoc vulgaverat annis
Assiduus plano carmine BILGENIUS.
At septingentis nunc publicat illud ab annis,
Planus ut & plenus prodeat inde liber,
Tu laudem *Lector*, *Comites* date præmia, quæso;
Næ labor Auctoris magnus utrumq; meret.

Amico suo oculissimo

deproperabat

Johannes Porcius junior, P.L.

LECTO-




L E C T O R I S. D.

Verissimum profectò est, Lector amicissi-
me, quod quotidie in ore versatur Chri-
stianorum: Hominem sibi hoc vel illud
hoc vel illo tempore expediendum & ef-
fectui dandum proponere, Deum verò
propositum, seu quod mente statutum est, pro divinâ vo-
luntate suâ mirabiliter disponere; Testatur hoc ipsum &
præsens meum opusculum Genealogicum. Annus enim
nunc præterlabitur integer, ex quo publico illud typo de-
stinavi, verùm negotiis distentus & distractus tum publi-
cis tum privatis hæc Animi mei cogitata diutiùs suspen-
dere nolens volens coactus sum, neq; pro mentis sententiâ
prælo cõmittere potui: Accedit insuper Bellum quod Pa-
tria nostra hætenus experta est & etiamnum experitur,
heu! immanissimum; Nullus enim hoc bellicoso tempore
mihi datus est ad Librarios & Typographos accessus, neq;
etiam ad patrios lares liber regressus; quare hoc institutum
meum ad hoc usq; tempus distuli commodius, quo jam per-
fectissimum, prout ego arbitror, in lucem profertur publi-
cam: Hoc frueri & utere Lector candide, & me juvare
& amare perge humaniter. Scriptum Utphæ Solmæ-
jorum d. 9. Julii, Anno 1621.

Albertus Otto B lgenius Quæstor &
Prætor Utphenis.

PRAE-



P R Æ S C R I P T I O .

UT *fructus* semper possint prodire salubres,
Est opus, excellens *arbor* ut esse queat.
Nam pravâ egregios quis carpit ab arbore fructus?
Silvestris stipes citrea poma negat.
Hand secus & *Princeps* generoso è sanguine cretus
Est bonus, & patrios lege tuetur agros.
Gaudet & hoc omnis populus moderamine duci,
Tranquilla imperii quod sibi scepra tenet,
Sic sunt *SOLMEI COMITES* ab origine pulcrâ
Prognati, & patrias jam moderantur opes.
Salvete ergo meæ *Patriæ* sublimia fulcra;
Et date qui regno huic sint utrobique pares.



GENEA



Genealogia

ILLUSTRIMUM AC GENERO-
SISSIMORUM COMITUM
SOLMENSIVM.

O T H O,

*Primus Comes Solmensis, DN. PHILIPPI-EBER-
HARDI Comitis Nassovici, & DN. CATHA-
RINÆ Hanoviæ, conjugum, filius, vixit cir-
ca annum Christi, 890.*

W I L H E L M U S,

Comes Solmensis, vixit circa annum 920.

A R N O L D U S,

*Comes Solmensis, vixit circa annum à nato Christo,
1012. & fuit Episcopus Bambergensis.*

P H I L I P P U S,

Comes Solmensis, vixit circa annum 1160.

Horum POSTGENITI sunt:

D

GENEA-

GENEALOGIA GENEROSISS. COMITUM

HENRICUS,
Solmensis, vi-
xit circ. ann.
1220. uxor e-
rat Comitissa
Senea.

MARQUAR-
DUS, *cujus u-*
xor erat N. de
Neyssa.

HENRI-
CUS, ux. A-
delheita Co-
mit. We-
sterburgen-
sis.

HERMAN-
NUS.

HENRI-
CUS, uxor
Elisabetha,
Com Span-
heimensis.

HENRICUS,
uxor Com. Ot-
tensteinensis.

SIMON.

BERNHAR-
DUS, ux. iusti-
na Com. Lip-
piensis.

HENRICUS,

CONRADUS,

OTTO, uxor
Agnes Falco-
stena.

JOHANNES.

HENRICUS,

JOHANNES,
uxor Loysa
Com. à Solms,
diē Springs-
leben.

DIETERICUS
uxor. Com.
Witgenstei-
nia.

BERNHAR-
DUS, uxor E-
lisabetha ab
Isenburg.
Ab hoc linea
BRAUNFEL-
SIA descendit.

JOHANNES
ux. Elisabetha:
Cronebergia.

JOHANNES,
uxor. Wilt-
gravia de
Kirberg.

RUPER?

SOLMENSIIUM, LINEÆ BRAUNFELSENSIS.

RUPERTUS, <i>cæcus.</i>	VVOLFFGAN- GUS. OTTO.	OTTO.
		VVOLFFGAN- GUS.
PHILIPPUS.	BERNHARDUS <i>ux. Margretha,</i> Princeps Henne- bergensi.	VVILHELMUS. } <i>CONRADUS, A.</i> <i>uxor Elisabetha,</i> Nassovico Dillen- bergica.
OTTO, <i>uxor</i> Anna Nassovica.		PHILIPPUS, <i>ux. Anna Com.</i> Teckelnburgen-
BERNHAR- DUS.	PHILIPPUS.	CHRISTO- PHORUS.
CUNO, <i>uxor</i> VValpurgis Reingravia.	BERNHARDUS PHILIPPUS, <i>ux. Adriana Ha- novia.</i>	REINHARDUS, <i>ux. Maria Senæa.</i> Ab hoc linea LICHENSIS defluit. B.
		JOHANNES.
JOHANNES.	JOHANNES.	OTTO, <i>uxor Anna Meglapurgica.</i> Ab hoc Linea LAUBACHENSIS C. descendit.



GENEALOGIA GENEROS. COM. SOLM.

LINEÆ BRAUNFELS.

REINHARDUS, ux. Walpurgis-
Anna, Com. Dawn. & Falcoftei-
nia.

FRIDERICUS.

OTTO.

OTTO, uxor Ursula Comitissa
Gleichenfis.

A. } JOHANNES-ALBERTUS, ux.
Agnes, Senaa.

OTTO.
FRIDERICUS-CASIMIRUS.
OTTO.
CONRADUS-LUDOVICUS.
JOHANNES-ALBERTUS.
JOHANNES-PHILIPPUS.


PHILIPPUS.

VVILHELMUS, uxor. Amalia
Nassovica,

JOHANNES-CONRADUS.
VVILHELMUS.
BERNHARDUS.
PHILIPPUS.

ERNE

GENEALOGIA GENEROS. COM. SOLM.
LINEÆ LICHENSIS.



D

FRIDR



GENEALOGIA COMITUM SOLMENSIIUM

Lineæ LAUBACENSIS.

	PHILIPPUS.	PHILIPPUS.
		GEORGIUS.
		FRIDERICUS, <i>ux. Anna-Maria Geroltseckia.</i>
		CHRISTOPHORUS.
		ALBERTUS OTTO, <i>ux. Anna Landgra- - - ALBERTUS- via Hassia. OTTO.</i>
	JOHANNES GEORGIUS, <i>ux. Margarita Schonburgia.</i>	VVOLFGANGUS.
C. {	FRIDERI- CUS MA- GNUS, <i>uxor.</i>	HENRICUS- GUILIELMUS, <i>ux.</i>
		I. <i>Sophia-Dorothea</i> -- JOHANNES- Mansfeldia. II. GEORGIUS. <i>Maria Magdalena, Com. Oettingensis.</i>
{	<i>Agnes VVie- dana.</i>	FRIDERICUS MAGNUS.
		JOHANNES -- JOHANNES GEORGIUS, <i>ux.</i> LUDOVICUS. <i>Anna Maria Erbachia.</i>
	OTTO, <i>uxor</i>	PHILIPPUS
	<i>Aemilia Nas-</i>	OTTO.
	<i>so-Sarbruccia-</i>	FRIDERICUS
	<i>na.</i>	ALBERTUS.

SEQVI.



SEQUITUR

GENEALOGIA

Solmenfis,

IN QUATUOR TABULAS, SEU

Lineas principales dissecta, & brevibus

Epigrammatis vel Hexastichis

adornata.

PRIMA continet RADICEM Stirpis.

SECUNDA Lineam BRAUNFELSIAM.

TERTIA Lineam LICHENSEM.

QUARTA Lineam LAUBACENSEM.



AMPUS in orbe patet rerum latissimus, unde
Materies docti Carminis esse potest.

Sed mihi præ reliquis mea *Patria* perplacet,
inde

Materiam sumpsi scribere vile metrum.

Laudo meos *Comites*, namq; hos laudare per
orbem

Me decet, illorum me pia *CURA* tegit.

TABU



T A B U L A I.
CONTINENS RADICEM STIRPIS.

O T H O,

Primus Comes Solmensis, DN. PHILIPRI-EBERHARDI, Comitis Nassovici, & DN. CATHARINÆ Hanoviæ, conjugum, filius, vixit circa annum Christi, 890.

W I L H E L M U S,

Comes Solmensis, vixit circa annum 920.

A R N O L D U S,

Comes Solmensis, vixit circa annum à nato Christo, 1012. & fuit Episcopus Bambergensis.

P H I L I P P U S,

Comes Solmensis, vixit circa annum 1160.

Horum POSTGENITI sunt:

HENRI-



GENEALOGIA GENEROSISS. COMITUM
SOLMENSIVM.

HENRICUS,
Com. Solm. vi-
xit circ. ann.
1220. uxor e-
rat Comitissa
Senaa.

MARQUAR-
DUS, cujus u-
xor erat N. de
Neysa.

HENRI-
CUS, ux. A-
delheita Co-
mit. We-
sterburgen-
sis.

HERMAN-
NUS.

HENRI-
CUS, uxor
Elisabetha,
Com. Span-
heimensis.

HENRICUS,
uxor Com. Ot-
tensteinensis.

SIMON.

BERNHAR-
DUS, ux. Justi-
na Com. Lip-
piensis.

JOHANNES,
uxor Comitissae
Beilsteinen-
sis.

HENRICUS,

CONRADUS,

OTTO, uxor
Agnes Falco-
stena.

JOHANNES.

HENRICUS,

JOHANNES,
uxor Loysa
Com. à Solms,
di. Springs-
leben.

DIETERICUS
uxor Com.
Witgenstei-
nia.

BERNHAR-
DUS, uxor E-
lisabetha ab
Isenburg.

Ab hoc linea
BRAUNFEL-
SIA descendit


JOHANNES
ux. Elisabetha
Cronebergia.

JOHANNES,
uxor. Wilt-†
gravia de
Kirberg.

E

CUNO,

GENEALOGIA GENEROSISS. COMITUM
SOLMENSIIUM.



ORI-



ORIGO STEMMATIS.

GENEROSISS. COMES

DN. OTTO, DN. PHILIPPI-EBERHARDI
Comitis Nassovici, & CATHARINÆ Hanoviæ Filius,
prælustre *Solmeji Stemmatis* fundamentum vi-
xit circa Annum epochæ Chri-
stianæ 890.



OLIMEO generi qui fundamenta locarunt,
Antea Nassovico sunt Genitore facti:
Namq; PHILIPPUS erat, posuit qui Solmidos
arcem;
Hanc post incoluit filius OTTO domum.
Salve sancte Pater generis tam nobilis OTTO,
Posteritas nunquam te reticere potest.

GENEROS. COM. DN. WILHELMVS,
vixit circa annum reparata salutis 920.

Regnante HENRICO quondam, cui nomen abusu
Aucupii fuerat, miles hic acer erat.
Prætulit arma togæ, poscebant tempora bellum,
Dum vicit *Sclavos Cesaris* alma manus,
In crebris pugnis illustra facta WILHELMO
Miseno in campo concelebranda vigent.

E 2

GENE-

GENEROS. COMES DN. ARNOLDUS,
fuit circa an. 1012. *Episcopus Bambergensis.*

Hunc per texta auro vestis, sacraq; infula textit,
Nam sacer Antistes perpete laude fuit.

Inclytus Antistes laudatæ præfuit urbi

PABERGÆ, hinc nomen claret in orbe bonum.

Dum fuerat populi Princeps, Christiq; Sacerdos,

Huic meritò duplex fama perennis erit.

GENEROS. COM. DN. PHILIPPVS,
vixit circ. annum Χειροτονίας 1160.

Splendidus armorum nitido fulgore PHILIPPUS,
Versibus & meritò concelebrandus adest.

Arva olim tenuit quæ Bregela gurgite spumat,
Prussiacas urbes qui fluvioq; rigat.

Cùm celebraret Eques ludos prope littora Rheni,
Fortis hic ad palmam, miles & acer erat.

GENEROS. COMES DN. HENRICUS,
vixit anno à nato Christo 1220.

Successor primus credor viguisse PHILIPPI,
Historicis quantum floret ubiq; libris.

At si me quisquam præcessit honore curuli,
Huic meritò primas defero jure bono.

Credo tamen plures me præcessisse Dynastas,
Quorum ego vel saltem nomina nosse velim.

GENE-

GENEROS. COMES DN. MARQUARDVS,
DN. HENRICI *filius.*

Corpore pulcher eras, sed divitis indole mentis
Pulcrior: imperii lausq; decusq; tui,
Militia felix, fortis bellator in armis,
Consilio sapiens, eloquioq; *gravis.*
Prima Dei: Patriæ tibi cura erat altera terræ
Et populi: felix *Solmia* lege tuâ.

GENEROSISSIMUS COMES DN. HEN-
RICUS, DN. MARQUARDI
filius.

Fortis & acer eras magnis bellator in armis,
TERROR & est hosti nominis umbra tui.
Singula tu noras, semper tibi miles in armis,
Fortibus aut hastis experiundus erat.
Tum post egregios belli pacisq; labores,
Has terras linqvis, cedis ad astra poli.

GENEROS. COMES DN. HERMANNVS,
DN. MARQUARDI *filius.*

Gloria *Solmensis* suprema vigebat in illo,
Solmensis verè & gloria gentis erat.
Et pietatis amans, populi spes, grande & asylum,
Dilectus pariter *civibus* atque *Deo.*
Serva *Solmenses* Comites, pater optime, serva,
Da genus ut vigeat nobile *Solmiacum.*

GENEROS. COMES DN. HENRICUS,
DN. MARQUARDI filius.

Quam bellis ingens, quam vinci nescius armis,
Tam prudens mentis consiliq; fui.
Clarus Avo, Proavoq; fui, clarusq; Parente:
Sed mea me clarum laus facit esse magis,
Militiæ præstans studiis: at pacis amator,
Et memor in tanto semper honore DEI.

GENEROS. COMES DN. HENRICVS, DN.
HENRICI & ADELHEITAE
Westerburgia filius.

TE generose Comes non bilis amara regebat,
Namq; furor Comites non decet iste viros,
In te candor erat, prudentia summa, gravisq;
Vita, in te pietas, gratia dulcis erat.
Hinc tundit vehemens heroica pectora mæror,
Quod Parcæ tantum surripuere virum.

GENEROS. COMES DN. SIMON.
DN. HENRICI filius.

Dum te Christe sequor, pereo juvenilibus annis,
Et mundo immundo flebile dico vale.
Tu me Christe capis, sanctis me suscipis ulnis,
Abripis, ut doceas in meliore scholâ.
Vos consanguineo mihi sanguine, vosq; valete
Perpetuum, affini pectora juncta modo.

GENE-

GENEROS. COMES DN. BERNHARDVS,
DN. HENRICI filius, piè obiit

Anno 1380.

Hic quondam populos tranquillâ pace regebat,
Et pietatis amans justitiæq; fuit,
Nec minus horrifera erat is quoq; idoneus armis,
Tempore cum Mavors fulmina misit atrox.
Sic semper viguit præstans *Solmæia* radix,
Atq; dedit ramos perpete laude pios.

GENEROS. COMES DN. JOHANNES,
DN. HENRICI ET ELISABETHÆ
Spanheimiæ filius.

Ingenio magnus, magnus pietate JOHANNES
Jura dedit populis inviolata suis.
Pacis amans, sanctas ad pacis idoneus artes,
Cultor virtutis, justitiæq; fuit.
Provida quem dederat cursum natura peregit:
Post cineres nomen vivit in orbe bonum.

GENEROS. COMES DN. HENRICVS,
DN. BERNHARDI filius.

Pacis amans, Recteq; tenax vigui omne per ævum,
Et colui officio *sacra Deumq;* pio.
Omnibus antetuli *Christi* pia numina regnis,
Idq; pio didici de *Genitore* puer.
Pro tantis meritis ingratus nil dedit orbis,
Præmia sed novit justa referre Deus.

GENE.



GENEROS. COMES DN. CONRADVS,
DN. BERNHARDI *filius.*

Affuit huic virtus, & veræ gloria laudis,
Et curæ ante alios semper egenus erat.
Omnibus ornatus virtutibus extitit Heros:
Exegit castos & sine labe dies.
Carus ob id populo, totiq; ex ordine plebi,
Semper eam meritò qui coluere fuit.

GENEROS. COMES DN. OTTÒ, DN.
BERNHARDI *filius, in Christo piè obiit,*
Anno 1409.

OTTÒ tibi nomen cessit fatale Parentis,
Et populis gemina factus es arte Pater.
Plurima nam de te generis prognatio crevit,
Et sub te regimen mite parentis erat.
E Falco stenio conjux Tibi germine cessit,
Hinc sunt Solmeâ nunc regione Patres.

GENEROS. COMES DN. JOHANNES,
DN. BERNHARDI *filius.*

UT tener è viridi flos pendens decidit ulmo,
Imbris ubi validi vis inimica fuit.
Haud secus in primo vernantis flore juventæ,
Solmiadum Janus spesq; decusq; cadit.
Transiit ad superos ubi mente superstes in ævum,
Gaudia quæ voluit viva, beatus habet.

GENE.

Generosissimus Comes

DN. HENRICUS, DN. JOHANNIS
& Beilsteinæ filius.

ET præstans pacis studio, nec inutilis armis,
 Stendidius generi nomen habere dedi.
Justitiæ fervore sacrum celsumq; tribunal
 Effeci, leges constituiq; pias.
Hinc virtus, hinc fama viget mea: Patria novit,
 Quid fidei fuerit justitiæq; mihi.

Generosissimus Comes

DN. JOHANNES, DN. JOHANNIS filius, dictus
 Springleben / piè obiit Anno 1410.

JUSTITIÆ custos, veri sincerus amator,
 Consilio meditans res moderante gerit.
Tàm bello, quàm pace bonus, tum maximus arte
 Auxisti patriam nobilitate domum.
Hanc tandem *Agnatis* adscribis morte peremptus,
 O Patriæ columen, stella, corona, tuæ!

Generosissimus Comes

DN. DIETERICUS, DN. JOHAN-
 NIS filius.

PACIS amans Justiq; tenax per temporis ævum
 Vixi, atq; assiduâ mente Deum colui.
Omnibus in rebus Christum veneratus Jesum,
 A teneris semper Relligionis amans.
Sic etiam volui cognatos ritè doceri,
 Vt colerent Christum Relligione sacrâ.

F


TABU.



TABULA II.

Continens

LINEAM BRAUNFELSIAM.



CON-



LINEA BRAUNFELSIA M.

OTTO, uxor Ursula Comitissa Gleichensis.

JOHANNES-ALBERTUS, ux. Agnes Sanaa.

PHILIPPUS.

OTTO.
FRIDERICUS-CASIMIRUS.
OTTO.
CONRADUS-LUDOVICUS.
JOHANNES-ALBERTUS.
JOHANNES-PHILIPPUS.

Ramus Greiffensteinensis.

*CONRADUS, uxor Elisabetha, Nassovico-Dillenbergica.

WILHELMUS, uxor Amalia Nassovica.


JOHANNES-CONRADUS.
WILHELMUS.
BERNHARDUS.
PHILIPPUS.

Ramus Hungensis.

REINHARDUS, uxor Walpurgis-Anna Com. Daun & Falckensteinia.

FRIDERICUS.
OTTO.





Explicatio præcedentis Tabulae.

Generosissimus Comes

DN. BERNHARDVS, DN. OTTONIS *filius, piè*
obiit Anno 1459. d. 6. Augusti.

Semina virtutum sumpſisti ab origine Patris;
Hæc ut post genitis, ceu pater antè, dares.
Abs te *Braunfelsi* generis nova linea caput,
Quæ de *Solmeis* se probat esse fatam.
Salve ô illustris generosi linea patris,
Et tibi det summus fata benigna Deus.

Generosissimus Comes

DN. JOHANNES, DN. OTTONIS
filius, piè obiit Anno 1457.

Regna Tibi fratrisq; tuo cum plena reliquit,
OTTO Pater, vobis distribuenda dedit.
Tandem etiam vobis Johannis portio cessit,
Qui agnato vobis sanguine junctus erat.
Atque in te pietas patris virtusq; revixit,
Ingenio præstans atq; animosus eras.

Generosissimus Comes

DN. JOHANNES, DN. JOHANNIS Springsa-
leben *filius, piè obiit Anno 1413.*

Inclyta *Solmeæ* Johannes gloria gentis,
Ingenio sanctæ Pacis amante fui.
In me posteritas defecit stemmatis alti,
Postgenitos nullos commemorare quæro.
At tu posteritas floresce è stirpe secundâ,
Et supera Pylii secula multa senis.

Gene-

Generosissimus Comes

DN. RUPERTUS, DN. BERNHARDI
& ELISABETHÆ Isenburgiaë filius,
dictus cæcus.

Exemplo fratrum tractasti munera sacra
Et Canones certâ lege secutus eras.
Quâ Moganus Rheno conjungitur, hic tibi sedes,
Hic tibi in officio res peragenda sacra est.
Sed tandem fidei meritum postponis, & astra
Per Christi mortem regna beatâ petis.

Generosissimus Comes

DN. PHILIPPVS, DN. BERNHARDI
filius.

Salve, Teutonici salve venerabilis Heros,
Ordinis; & fortes exere mente animos.
Poscit opem res magna tuam, res patria poscit,
Cruce nigra in albenti luce latere velit?
Hanc ornare crucem virtus tua magna valebat,
In Mahometicolas quando tua arma vibras.


Generosissimus Comes

DN. OTTO, DN. BERNHARDI filius, piè
obiit Anno 1504.

OTTO Pater, talicognomine dicitur OTTO:
Et fueras populi tu Pater ipse tui.
Nassovicâ de stirpe tibi data casta marita,
Quæ Te Natorum feci amore patrem.
Rexisti populum placidè, natosq; docebas
Christum non fictâ Relligione sequi.

F 3

Gene-



Generosissimus Comes

DN. BERNHARDVS, DN. BERN-
DI filius.

TE simplex traxit pietas ad munia terna,
In quibus eximiâ laudē fidelis eras.
Munus *Agrippinâ* gessisti clarus in urbe,
Fratribus exemplum nec leve calcar eras.
*Trevericum*q; ornare solum foliumq; valebas,
Atq; *Erphurdensem* condecorare chorum.

Generosissimus Comes

DN. CUNO, DN. JOHANNIS, ET
ELISABETHÆ Cronbergiæ filius, piè
obiit, Anno 1477.

Justitiæ tutor fueras, dum vita manebat,
Atq; fide excellens, & pietatis amans.
Pacis eras cultor, nec non sapientiæ amator,
Hæc ornant generis stemmata clara tui.
Hinc tua nota viget populis sanctissima virtus,
Et celebrat nomen gens populosa tuum.

Generosissimus Comes

DN. JOHANNES, DN. JOHANNIS filius &
CVNONIS frater.

Magna quidem laus est, ortum Majoribus esse
Nobilibus, semper laus quoq; tanta manet.
Sed major laus est, & gloria major habetur,
Præclarum gestis rebus & esse suis.
Virtute (exemplum *Genitoris* tute secutus)
Et nactus laudem es nominis ipse tuâ.

Gene-



Generosissimus Comes

DN. WOLFGANGVS ET DN. OTTO, DN. OT-
TONIS ET ANNAE Nassovica filii.

UT *Patrum tantâ celebrandum laude RUPERTUM,*
Sic quoq; vos *pietas* traxit, itemq; *locus.*
Hinc *Moguntiaci* templi, ceu *Patrum*, ambo
Rexistis studio Religionis opus.
Accrevitq; pio fratri bona portio vestra,
Nam sacra erant vobis grata, caduca minus.

Generosissimus Comes

DN. BERNHARDUS, DN. OTTONIS
filius & OTTONIS frater.

CLarus eras Heros superari nescius armis,
Inclytus insigni nobilitate Comes.
Consilium nosti sapiens prestare clienti,
Pastor eras populi mitis ubiq; tui.
Hinc tua post genitis vivit nunc fama celebris,
Abs te qui generis stemmata clara trahunt.

Generosissimus Comes

DN. PHILIPPVS, DN. OTTONIS filius.

Quod Te spe citius mors, & crescentibus annis,
Atrâ pro vitæ lumine meruit humo.
Non posset *Genitor* tristes inhibere querelas,
Et propria auderet in tua fata sequi.
Ni sua te sciret rediturum in brachia, seq;
In tua, cum *Christi* buccina signa dabit.

Gene-



Generosissimus Comes

DN. BERNHARDUS, DN. CUNONIS filius.

Cum fureret vehemens Solmeis pestis in agris,
Sterneret & juvenes cum puerisq; senes:
Sese in sublimem, Bernhardus contulit arcem,
Aere ut hic posset commodiore frui.
Non tamen hic atrox BERNHARDO Parca pepercit,
Arce sed hic celsâ peste furente cadit.

Generosissimus Comes

DN. PHILIPPVS, DN. CUNONIS filius
piè obiit Anno 1544. d. 3. Octobris.


Hunc studium traxit Academica cernere castra,
Hinc quoque Rectoris scepra tenebat ovans.
Post illum Elector magno dilexit amore,
Saxonia, in magnis rebus & aptus erat,
Pouchenium & Sonnewaldt Solmeas junxit ad urbes,
Sic Comes hic patrias amplificavit opes.

Generosissimus Comes

DN. JOHANNES, DN. CUNONIS filius,
piè obiit Alexandriae in Ægypto, Anno 1483.
pridie seu in vigilia omnium
Sanctorum.

Solmèa è patria Solymam peregrinus ad urbem
Ivisti, hæc oculis est quoq; visa tuis.
Ægyptiq; urbem placuit lustrare Cairum,
Nec tibi ad has urbes est rediisse datum.
Spiritus astra tenet, sed corpus in urbe quiescit,
Regis Alexandri, quæ sibi nomen habet.

Gene-



Generosissimi Comites

DN. OTTO, ET DN. WOLFGANGVS, DN.
BERNHARDI, & Margrethæ Henne-
bergicæ filii.

Sicut Avi Fratres Pietatis traxerat ardor;
Sic quoq; traxit idem vos pietatis opus.
Hinc eadem pariter subiistis munera sacra,
Munera sincerâ sæpe probata fide.
Servat adhuc vestrum generosa *Colonia* nomen,
Et *Moganus* memori vos in amore tenet?

Generosissimus Comes

DN. WILHELMUS, DN. BERNHARDI
filius, piè obiit anno 1542.


Cùm fera barbaries Solimannum in bella piorum
Traxerat, Hungaricosq; igne cieret agros:
Tu quoq; pro Christi pugnas pietate fideq;
Militiam hanc alacri mente secutus eras.
O Tibi dia Salus vitam largita fuisset,
Gauderet factis Solmica terra tuis!

Generosissimus Comes

DN. PHILIPPVS, DN. BERNHARDI
filius.

Iustitiæ studium Tibi Bello & Pace vigebat,
Et pietas curæ sancta, Fidesq; fuit.
Et matrona Tibi *Tecleo* à sanguine venit,
Ornavitq; tuum laudis honore torum.
Hinc vos sancta Fides, Probitas atq; inclyta Virtus,
Ac immortalis nubibus æquat Honos.
G. Gene-





Generosissimus Comes

DN. CHRISTOPHORUS, DN. BERN-

HARDI filius, piè obiit Lovanii,

Anno 1515.

LOvanii quondam fuit hic mansura Lycèi

Gloria, sacrarum cultor & Aonidum,

Verum migravit moriens è carcere vitæ,

Dixit & extremum voce gemente vale.

Christophoros sic Marta duos Solmeide natos

Lovanii hunc Jenæ sustulit atra alium.

Generosissimus Comes

DN. REINHARDVS, DN. PHILIPPI ET

ADRIANAE filius, piè obiit Anno

1562. d. 23. Septembris.

CAROLUS hunc olim *Quintus* Mavortia ad arma

Movit, in his fortis floruit atq; potens.

In Protestantes animosior ibat ut hostes,

Nec metuit gladii vulnera sæva trucis.

Ex illo illustris Lichensis linea manat,

Quæ vigeat longos perpetuata dies.

Generosissimus Comes

DN. JOHANNES, DN. PHILIPPI

filius.

TE Mors abripuit, sed nomina sola supersunt,

Et superest præter nomina sola nihil.

Invidit famam mors pessima, factaq; nescit

Historicus certo promere clara modo.

In gestis factisq; vigeat memorabile nomen,

At clarum in cœlis nomen adusq; vigeat,

Gene-



Generosissimus Comes

DN. OTTO, DN. PHILIPPI *Filius, piè moritur*
Anno 1522. d. 14. Maji, ante Patrem.

FAeta huic est conjux mater generosa PHILIPPI,
Lantgravii, Hessorum qui fuerat Macedo.
Principis hæc fuerat *Meglburgi filia Magni,*
Ex hoc conjugio commoda magna fluunt.
Hinc hodie *Hassiacum & Solmeum* stemma virescit,
Et consanguineum floret utrinq; decus.

Generosissimus Comes

DN. CONRADUS, DN. PHILIPPI
Filius.

TV quondam Patria fueras prædulce senectæ
Lenimen, patrium lene erat inde jugum.
Mortuo & hoc Patria subiisti gloria gentis,
Ditavitq; tuum pignore, Jova, torum.
Solmica sic abs Te generis prognatio crevit,
Quæ stet honore diu perpetuata bono.

Generosissimus Comes

DN. REINHARDVS, DN. CONRADI
Filius.

TUq; *Palatinos* populos dum vesceris aurâ
Prudens *justitia & dexteritate regis.*
Quando ad *Vilseas* undas moderamine justo
Præsidis officio ac munere functus eras.
Tu reliquis *Patrias* concedis *fratribus oras,*
Ut populos æquâ *subditione regant.*



Generosissimus Comes

DN. OTTO, DN. CONRADI filius.

IMperii Dapifer Te Martis ad acta movebat,
Quando per Alsatium vis fuit orta solum.
Hic Equitum Præfectus eras Duxq; ipse supremus,
Gessisti officium laude fideq; tuum.
At tibi non licuit patrias rediisse sub oras,
Atq; in Solmeo succubuisse solo.

Generosissimus Comes

DN. JOHANNES-ALBERTVS, DN.
CONRADI filius.

TE demiratur, Te suscipit aula Palati,
Ac Te Rhenicola Nicricolaq; colunt.
Tàm dextrè in cunctis tibi credita munera præstas,
Desit ut officiis gloria nulla tuis.
O nunc incolumem patriæ Te bella remittant,
Quæ per Teutonicum sunt celebrata solum.

Generosissimus Comes

DN. PHILIPPUS, DN. CONRADI
filius.

Æ Depolhic felix, penes est quem laudis arvia,
Stemmatibus & vivi vivida fama sui.
Næ verò in numero numero felicior ille,
Quem genus & Proavos exuperasse juvat.
Tu Proavos multâ superasses laude PHILIPPE,
Tenisi stravisset mors inimica citò.

Gene.



Generosissimus Comes

DN. WILHELMVS, DN. CONRADI
filius.

UT CONRADUS ab his *Genitor* migraverat oris,
Divisa in fratres terra paterna fuit.
Hinc Te suspiciunt *Griphei* mænia Saxi,
Mænia Bistonia candidiora nive.
Nunc quoq; Justitia populos & lege gubernas,
Qui Patriæ ut Patrem Te reverenter amant.

Generosissimus Comes

DN. FRIDERICUS, DN. REINHARDI
filius, natus Anno 1617. d. 6. Januarii.

EXulat hoc mundo Pax aurea, fulmina *Mavors*
Ingenti cumulo mittit in orbis opus.
Vndiq; Mars socios fovet, instruit arteq; vafrâ
Qui sunt nil aliud quàm mala lerna mali.
Pace pia dives *Fridereich* bene dilige pacem,
Sentiat ut populus nobile pacis opus.

Generosissimus Comes

DN. OTTO, DN. REINHARDI *filius, natus*
anno 1618. d. 14. Iunii.

TE mater moriens vitali vescier aurâ
Fecit, quod Patri gaudia mille dedit.
Gaudia mille tulit Patri tua vita salubris,
Verum mors matris tristia multa tuæ,
Sic, precor, *Otto Pater* populi, *Solmensisq;* itemma
Amplifices claro germine, clare *Pater.*

G 3

Gene-

Generosissimus Comes
DN. FRIDERICUS - CASIMIRUS, DN. JO-
HANNIS - ALBERTI filius, natus *Heidelbergæ* an. 1604.
mens. Octob. piè obiit anno 1605. mens. Martio.

C Hara Patri fueras soboles Friderice; sed eheu!
In terris parvo tempore chara Patri.
Nam mors te primo nimis invida sustulit anno,
Inter vagitus, naniolasq; rudes.
Nunc igitur cæli sedem capis ipse beatam,
Et fruëris requie contuituq; Dei.

Generosissimi Comites,
DN. OTTO, DN. CONRADVS LVDOVICVS, DN. OTTO,
Dn. JOHANNES - ALBERTVS, & Dn. JOHANNES -
PHILIPPVS, Dn. JOHANNIS -
ALBERTI, Filii.

Qui placidè dormit superum translatus ad axem,
Is colat in cælo gaudia summa polo.
Qui superest, patrios is laude accrescat in annos,
Et Pace & Bello floreat atq; potens.
Hoc precor atque opto, nil sunt nisi nomina nota,
Facta canam, quando *Solmica* fama dabit.

Generosissimi Comites,
DN. JOHANNES - CONRADUS, DN. WIL-
HELMUS, Dn. BERNHARDUS, Dn. PHILIPPUS,
Dn. WIIHELMI Filii.

C laret Avus, claret Proavus cum Patre fideli,
Nec non illorum fortia facta vigent.
Hi sunt exemplo vobis ô pectora clara,
Prælucent itidem strenuitate suâ.
Quilibet hos imitetur ovans virtute, Minores
Sic quoq; sectentur vos gravitate piâ.

TABULA



TABULA III.
DE
LINEA LICHENSI.

<p>ERNESTUS, <i>uxor Margretha, Comitissa Solms-Braunfelsia.</i></p>	<p>ERNESTUS <i>ux. Anna Mansfeldia.</i></p>	<p>ERNESTUS. CHRISTIANUS. PHILIPPUS-HENRICUS. OTTO-SEBASTIANUS. LUDOVICUS-CHRISTOPHORUS.</p>
<p>EBERHARDUS, <i>Landtrost in Westphalen.</i></p>	<p>GEORGIUS-EBERHARDUS, <i>ux. Sabina ab Egmont.</i></p> <p>OTTO.</p> <p>PHILIPPUS, <i>ux. Maria-Sabina à Popelitz.</i></p> <p>REINHARDUS.</p>	<p>ADOLPHUS-FRIDERICUS. PHILIPPUS-ADAMUS.</p>
<p>REINHARDUS, <i>uxor Maria Seena.</i></p> <p>HERMANNUS-ADOLPHUS, <i>uxor Anna Sophia Mansfeldica.</i></p>	<p>JOHANNES-ERNESTUS.</p> <p>PHILIPPUS-REINHARDUS, <i>ux. Elisabetha VViedana,</i></p> <p>HERMANNUS-ADOLPHUS.</p>	<p>PHILIPPUS. MAURITIUS.</p>
<p>WILHELMUS. ADAMUS. VVOLFGANGUS. REINHARDUS. PHILIPPUS. BERNHARDUS.</p>		

Expli-



Explicatio præcedentis Tabulae.

Generosissimus Comes

DN. ERNESTVS, DN. REINHARDI ET
MARIAE Senæ filius, piè obiit Lichæ
anno 1590. d. 26. Augusti.

Hic grave Martis onus didicit juvenilibus annis,
Et fuerat *Dapifer, Carole Quinte*, tuus.
Præcipuè quando frangebas robora Galli,
Hic *Equites* duxit sub tua signa bonos.
Præ reliquis tulit hic unus *Ductoris* honores,
Quando *Rheniculis* arma movenda viris.

Generosissimus Comes

DN. EBERHARDUS Landtrost in Westphalen / Dn.
REINHARDI filius, piè in Christo moritur Hohen-
Solmsii Anno 1600. sepelitur v. Lichæ
d. 9. Julii.

Quem non ex Proavis superare EBERHARDE valeres?
Nobilitas animi tam fuit alta tui.
Satrapa Westphalicis fueras prælustris in oris,
Commisso & placuit res tua tota gregi.
Lampada, quam Genitor Tibi in hac præluxerat antè,
Filius hanc recto sine sequutus eras.

Generosissimus Comes

DN. HERMANNVS-ADOLPHVS, DN.
REINHARDI filius.

In populo invidia & fraus celsâ regnat in aulâ:
Te juvit constans, & SINE FRAUDE fides.

Hosti-

Hostibus aduersus fueras, iucundus amicis,
Laudibus accessi sidera celsa tuis.
Testis adhuc urbs celsa *Argenti* nomine dicta,
Quàm fueris prudens consiliisq; sagax.

Generosissimi Comites,
DN. WILHELMUS, DN. ADAMUS, DN.
WOLFGANGUS, DN. REINHARDI
filii.

Quò vos abripuit Comites tres Parca triformis?
O vos fraterni pectora terna jugi!
Vos potuissetis Solmejum ornare Decorem,
Et patrium nomen tollere ad astra poli.
Ni pueros atrox Libitina tulisset ab orbe:
Quis tamen in caelis vos habitare neget?

Generosissimi Comites
DN. REINHARDVS ET DN. PHILIPPVS,
DN. REINHARDI Filii.

Quà Moganus Rheno conjungitur, atque ubi jaëtat
Murorum pinnae urbs pretiosa suas:
Hac REINHARDE Tibi munus datur urbe sacrorum,
Ad Canones vitam hîc instituisq; tuam.
Quem sequeris Frater morum gravitate PHILIPPE,
Sic fas Solmiacis credere ritè libris.

Generosissimus Comes
DN. BERNHARDUS, DN. REIN-
HARDI filius.

MArchio fortunam cum jam tentaret in armis,
Qui duri ingenio Martis amante fuit:

H

Et

*Et jam Suinfordum Francorum linqueret urbem,
Quam tenuit prædans vig. manuq. diu.
Tunc Brunsviga cohors fugientem pone sequuta est,
Tunc Bernharde etiam morte peremptus obis.*

Generosissimus Comes

DN. ERNESTVS, **DN. ERNESTI** filius, natus anno
1565. d. 6. Julii. Piè obiit 1619. d. 24.
Augusti, æt. 54.

Post annos vitæ quatuor, post denaq. lustra,
Morte resignavit debita fata Deo.
Ut vix undeni menses abiére, sequuta est
Vxor, conjugii pulchra corona pii.
Hic nulli fastus, nec inanis gloria mundi
Vifa fuit, *sed mens mitis*, amica Deo.

Generosissimus Comes

DN. GEORGIUS-EBERHARDUS, **DN. ER-**
NESTI filius, & **ERNESTI** frater, natus an. 1563. 30. Ju-
lii, piè obiit an. 1602. 2. Fe-
bruarii.

Nestor qualis erat bellantes inter Achivos:
Quum Phrygium premeret Græcia tota solum.
Talis Germanos Comes ille *Georgius* inter
Floruit, & Comitum gloria rara fuit.
Consiliis animoq. simul maturus & armis:
Conspiciusq. *sago*, conspicuusq. *togâ*.

Gene-

Generosissimus Comes

DN. OTTO, DN. ERNESTI & MARGRETHAE
Braunfelsia filius, natus an. 1574. d. 15. Febr. piè obiit
1592. d. 17. Iulii.

TU puer ingenio præstans, animiq; vigore;
Exemplum morum laus probitatis eras.
Jam tunc signa dabat virtus ineunte sub ævo:
Anteibant annos pectora magna tuos.
Jam tunc fortunæ sævos tolerare labores,
Et mala discebas fortis acerba Patris.

Generosissimus Comes

DN. PHILIPPUS, DN. ERNESTI
filius, natus 1569. d. 4. Iulii.

CÆsaribus placuisse diu, non ultima laus est,
Hinc Tu Matthiæ tempore gratus eras.
Marteq; & Arte tuâ gessisti munera magna,
Et Ferdinandus te modo Cæsar amat.
Vtitur officiisq; tuis hoc tempore duro,
Hic dum Bohemos cogere Marte cupit.

Generosissimus Comes

DN. REINHARDVS, DN. ERNESTI filius, nat.
1562. 14. Febr. piè obiit 1596. d. 23.
Septembris.

INsequeris Patris vestigia pronus, at istos
Invidit gressus non tibi fidus *Equus.*
Spes ita præcisa est patriæ indolis alta, peritq;
In patriâ patrii nominis altus honos.
Sic nihil in terris stabile est, sunt cuncta caduca:
Atq; inter digitos proxima quæq; cadunt.



Generosissimus Comes

DN. JOHANNES-ERNESTUS, DN. HER-
MANNI-ADOLPHI Filius, piè obiit

Anno 1617.

E*Xperiens Martis vires animosior Heros,*
E Patriis terris regna Sabauda petit.
Atq; hic oppetiit mortem, Martemq; reliquit,
Mens ubi in aetheream transit alta domum.
Quid juvat ad mortem longinquas tendere in oras,
Illa domi nostras excubat ante fores.

Generosissimus Comes

DN. PHILIPPVS-REINHARDVS, DN. HER-
MANNI-ADOLPHI Filius.

N*Omen Avi ac Proavi, Reinharde-Philippe, tueris*
Et meritò: similis quando es Avo ac Proavo.
Nec natura tuos Proavita & Avita moratur
Conatus; verum re potiore juvat.
Hinc in *Mauritii* munus *Proprincipis* aulâ
Cassellis magnâ laude & honore geris.

Generosissimus Comes

DN. HERMANNUS-ADOLPHUS, DN.
HERMANNI-ADOLPHI Filius.

L*Audibus & meritis meritò super astra ferendus*
HERMAN, MAURITII lux preciosa schola.
Hac Tibi quòd fuerit mens usq; infixâ medullis,
Quò possis studiis incubuisse bonis.
Hinc quondam, Frater Reinhardus ut ille Philippus,
In magnis prudens rebus & aptus eris.

Gene-



Generosissimi Comites

DN. ERNESTVS, nat. 1601. 25. Septembris, piè obiit 1602. 27. Nov.

DN. CHRISTIANVS, nat. 1608. 8. Augusti, piè obiit d. 17. Octobr.

eodem anno.

DN. PHILIPPVS HENRICVS, nat. an. 1610. d. 24. Sept. obiit.

an. 1611. d. 4. Aprilis. DN. ERNESTI Filii.

VIvere qui digni fuerant per secula longa,
Heu subito abrepti Morte furente cadunt.
Et digni fuerant cœlestia regna subire,
Atq; ex corruptâ hac cedere labe citò.
Nunc in cœlesti regnant sine finibus arce,
Terrestremq; sinunt *fratribus* esse diu.

Generosissimi Comites

DN. OTTO-SEBASTIANUS, nat. anno 1614.

14. Nov. & DN. LUDOVICUS-CHRISTOPHO-

RUS, nat. an. 1618. d. 6. Octobr.

DN. ERNESTI Filii.

Qui vos tristitia plenos luctuq; refertos
Post Patris & Matris funera dura videt:
Vobiscum gemat, ac solamina grata refundat,
Erigat è luctu pectora vestra gravi.
Qui Patrem & Matrem sub sidera celsa locavit,
Ille potest orbos pascere mille PATER.

Generosissimus Comes

DN. ADOLPHVS-FRIDERICVS, DN. PHILIPPI
filius.

Natus erat charo Patri, atq; hoc charior illi
Natus erat, vitæ sed brevis usus erat.

H 3

Nam

Nam primis animam jussit mors ponere cunis,
Et vix visa illi vita relicta fuit.
Quo brevius vixit terris, hoc æthere vivet
Longius; hæc mæstum spes levat una Patrem.

Generosissimus Comes

DN. PHILIPPUS-ADAMUS, DN.
PHILIPPI filius.

C*Vi generosa sedet generoso in pectore virtus,
Obscura obscuræ haud nomina plebis amat.
Sed se tollit humo, cæli volitare per oras
Nititur, atq; cupit viscere regna soli.
Sic Te: fama vehet niveis super astra quadrigis,
Ac proavita tibi gloria calcar erit.*

Generosissimi Comites

DN. PHILIPPVS ET DN. MAURICIVS,
DN. PHILIPPI-REINHARDI
filii.

V*Os Patris egregii natos vis patria servet,
Educet in Patrii spemq; decusq; soli.
Sic equidem voveo; quin spes & vivida virtus
Promittunt generis vos patrii esse decus.
Atq; ita vox populi submisso è corde profecta
Vos sibi vos cunctis id subito esserogat.*



TABU.



TABULA IV.
DE
LINEA LAUBACENSI.

OTHO, *uxor*
Anna Megla-
purgica.

FRIDERI-
CUS MA-
GNUS, *uxor.*
Agnes VVie-
dana.

PHILIPPUS.

JOHANNES
GEORGIUS,
ux. Margarita
Schonburgia.

OTTO, *uxor*
Aemilia Nas-
so Sarbruccia-
na.

PHILIPPUS. GE-
ORGIUS.

FRIDERICUS, *ux.*
Anna-Maria Geroltf-
eckia.

CHRISTOPHORUS.

ALBERTUS - OTTO, { ALBER-
TUS-OTTO.
ux. Anna Landgravia
Hassia.

VVOLFGANGUS.

HENRICUS-GUI- { JOHANNES-
LIELMUS, *ux. I. So-* GEORGIUS.
phia-Dorothea Mans-
feldia. II. Maria Mag-
dalena, Com. Oestin-
gensis.

FRIDERICUS-
MAGNUS.

JOHANNES- GE- { JOHANNES-
ORGIUS, *ux. Anna-* LUDOVICUS.
Maria Erbachia.

PHILIPPUS-
OTTO.

FRIDERICUS-
ALBERTUS.

Explic.





Explicatio præcedentis Tabulæ.

Generosissimus Comes

DN. FRIDERICUS - MAGNUS, DN. OT-
TONIS, & ANNÆ Meglaburgicæ Filius, piè obiit
Laubaci anno 1561. d. 13. Januarii.

Hic Animo excelsus fuit, & præstantior armis,
Vnde etiam Magni nomen adeptus habet.
Mauritii fuit atq; Augusti signa secutus.
Ambo Saxonie, qui viguere Duces.
Evertitq; pius falsissima dogmata Papæ,
Hinc Evangelii lux modò clara micat.

Generosissimus Comes

DN. PHILIPPVS, DN. FRIDERICI MAGNI fi-
lius, natus die 29. Iunii Anno 1546. piè obiit d. 13.
Decembris, Anno 1556.

Qui patris in claras potuisses crescere laudes,
Et meritum fratres inter habere decus:
Te Deus è mundorapuit, generose PHILIPPE,
Dum tener & vitâ simplicice purus eras.
Ne mala, ne fraudes, fastum luxumq; videres,
Sæpè quibus magni deperiére viri.

Generosissimus Comes

DN. JOHANNES-GEORGIUS, DN. FRI-
DERICI-MAGNI filius, natus d. 26. Novembris,
Anno 1547. piè obiit *Laubaci* anno
1600. die 19. Augusti.

Hvjus erat thalamus numerosâ prole beatus,
Et superest hodiè sanguinis ille vigor.

Mau-

Mauriciūmq; sibi Generum conscivit amore,
Hassia quem Dominum diligit alta suum.
Præcipuè Pietas hunc primis fovit ab annis,
Et docuit prolem Relligionis opus.

Generosissimus Comes

DN. OTTO, DN. FRIDERICI MAGNI filius,
natus Anno 1550 d. 25. Junii, piè obiit Sonnenwaldi,
Anno 1612. die 29. Ianuarii,
etatis 61.

IN studiis hic navus erat linguamq; Latinam
Calluit, atq; semel bella profectus adiit.
Saxonia Elector post ad sublimia duxit
Munia, & officium gessit honore probum,
Auxit & hic ditionis opes dum Saxa ferina
Solmaeo adjecit pro ratione solo.

Generosissimus Comes

DN. PHILIPPUS-GEORGIUS; DN. JO-
HANNIS-GEORGII filius, natus Anno 1573. d. 29. No-
vembris, hora 7. matutina, piè obiit Arn-
heimia Anno 1599. d. 27.
Augusti.

Hunc belli studium peregrinas traxit in oras,
Rhesia ubi forti milite cincta fuit.
Hic fixus periit majoris glande boarda,
Arnhemix tumuli tectus honore cubat.
Ancipiti Fortuna gradu Mavortia vadit,
Sæpè etiam dubia est pacis alumna quies.

I

Gene-



Generosissimus Comes

DN. FRIDERICVS, DN. JOHANNIS-GEORGII fi-
lius, natus Anno 1574. d. 30. Novembris, circ. 5.
matutinam.

Vix melior Pietate hodie, vix justior alter
Tranfigit ætatis ver juvenile suæ.
Paceregit populos tranquillæ mentis Alumnus
Munificasq; tenet Patris ab arte manus.
Si tamen & bellum fortes petit arce lacertos,
Ad bellum Comes hic fortia corda gerit.

Generosissimus Comes

DN. CHRISTOPHORUS, DN. JOHANNIS-
GEORGII filius, natus d. 17. Decembris, Anno 1575.
sesquidecima matutina, piè obiit Jenæ 1596.
die 24. Januarii.

Salani postquam decus esses grande Lycei,
Christophore: hic lapsus te necat ater Equi.
Vita Tibi sine labe fuit, mens conscia recti,
Te jussit celsa tollere fronte oculos.
Quid juvat hic Pietatis opes conquirere sanctas,
Si mors occidit, qui Pietate calent.


Generosissimus Comes

DN. ALBERTVS-OTTO, DN. JOHANNIS-GE-
ORGII filius, natus anno 1576. d. 9. Decembris, sesquisepti-
ma matutina; piè obiit anno 1610.
d. 2. Martii.

Pincipis Hessorum Gener hic fuit: Annæ Georgi
Gnata, cui in thalami fœdera Nupta datur.

Machi-


Machina at hunc belli *Bredenda* morte trucidat,
Juliaci tumulum jamq; sepultus habet.
Posthumus hinc superest Patrii cognominis hæres,
Spirat in hoc etiam Patris imago boni.



Generosissimus Comes

DN. WOLFGANGUS, DN. JOHANNIS-
GEORGII filius, natus 1581. d. 20. Novembris, media
quarta matutina, piè obiit 1611.
8 Januarii.


ITalus & Gallus *Te vidit Iberus & Anglus,*
Quilibet & novit te regione sua.
Post & Strigonium cessisti in Pannonis oras,
Atq; ibi militia signa sequutus agis.
Deniq; Juliaci tractasti arma inclyta belli,
Hinc Düsseldorfii Te modò tumba tegit.



Generosissimus Comes,

DN. HENRICVS. WILHELMVS, DN. JOHAN-
NIS-GEORGII filius, natus anno 1583. d. 21. Martii,
septima matutina.

Hunc primò in belli rabiem fera *Flandria* traxit,
Quem Mars ceu Gnatum fovit honore suum.
Non tamen à Patriæ pietatis tramite cedit,
In sobole & virtus germina vera tenet.
Justitiam reverenter habet, patriamq; tuetur,
Consiliis: prudens queis sine nullus homo est.



Generosissimus Comes

DN. FRIDERICUS-MAGNUS, DN. JOHANNIS-GEORGII filius, natus anno 1584. d. 16.

Martii, hor. II. matu . piè obiit

anno 1604.

Contrà Pannonios dum sumpserat arma rebelles,
Redderet ut Pacem, Dive Rudolphe, Tibi:
Occubuit sevo tormenti pondere tactus,
Perdidit & vitæ commoda magna sua.
Sic fortes animos decet, & sic flagitat usus,
Pro Patriâ & magno Cæsare posse mori.




Generosissimus Comes

DN. JOHANNES-GEORGIUS, DN. JOHANNIS-GEORGII Filius, natus anno 1591. d. 19.

Novembris.

Fortis in hoc animus Mavortia fulmina tentat,
Militiæ egregio pectore tractat opus.
Inq; suos populos mitissima pectora gestat,
Nec patitur patriam vi graviore premi.
Nomina sicut habet Patris à cognomine sumpta,
Sic etiam Pietas Patria in hoc renitet.



Generosissimus Comes

DN. PHILIPPUS OTTO, DN. OTTONIS
Filius, natus & mortuus Sonnenwaldi.

Concessit sanam Sonnewaldum Patria vitam,
Nec minus & mortem patria grata dedit,

Vita



*Vita brevis fuerat, verum mors longior illa
Nam sic mutatur semper honos & onus.
Longior in caelis nunc est Tibi vita beatis,
Sed fugiunt mortem gaudia sancta malum.*



Generosissimus Comes

DN. FRIDERICVS-ALBERTVS, DN. OTTONIS
filius, pie obiit Sonnenwaldi anno 1615.


NEc Tu degeneras, patriâ aut discedis ab arte,
Sed sequeris Proavos strenuitate tuos.
Ut cuncti videant dicantq; : hic *Solmicus* Heros
Ingenio & factis se probat esse pium.
Præproperâ sed morte cadis, patriamq; relinquis,
Sit tibi nunc cœlum Patria, Jova Pater.



Generosissimus Comes

DN. ALBERTUS-OTTO, DN. ALBERTI-
OTTONIS, Posthumus filius, natus Anno 1610.
die 20. Junii, hor. 7. mat.

TV generose Comes, qui spiras indole Patrem :
Ac Proavum ex Hassis ingenio referes.
Aspicias hanc seriem Patriæ Virtutis & Artis,
Huc Pietas magnâ Te quoq; parte trahat.
Majores sectare tuos ; ut Teq; Minores
Sectentur, Laudis tramite curre libens.




Generosissimus Comes

DN. JOHANNES GEORGIVS, DN. HENRICI-
WILHELMI filius, natus Anno 1617. die 16. la-
nuarii, pie obiit anno 1618. Onoldi.




Ceu rosa, vernanti quam purpura vestit in horto,
Messoris curvâ falce resecta cadit:
Carpitur heu simili juvenis quoq; lege venustas,
Solmensis Dominus, delitiumq; Patris.
Det Deus ut raro fluxu *Solmensia* rura
Luctificus largis irriget imber aquis.



Generosissimus Comes

DN. JOHANNES-LUDOVICUS, DN. JO-
HANNIS-GEORGII, & ANNÆ-MARIÆ Erbachianæ
filius, natus *Laubaci* d. 14. Junii, circ. hor. 7.
& 8. vespert. anno 1621.

S Alve etiam generose Puer; sis flore virescens
Surculus, & Patrem mente fideq; refer.
Non equidem pro re natâ tibi plura restant,
Quæ sint ad nutus obsequiosa tuos.
Summa sit hæc voti: qui lumen amabile vitæ
Indidit, is det eam claudere fine bono.



ΕΠΙ-



E P I Λ O Γ O S.

UT præstans Arbor nunquam dat poma maligna,
Sed profert fructus arbor amena bonos.

Egregiâ pravos quis carpsit ab arbore fructus?

Producit ficus pruna inamæna minùs.

Haud secus & Dominus generoso ex semine cretus

Est bonus, ac Æquo patria rara regit.

Istius atque optat plebs cuncta sub arboris umbrâ

Uivere, & imperii sceptrâ videre boni.

Sic sunt SOLMEI FRUCTUS ex arbore sanctâ

Prognati, & Justo rura paterna tegunt.

Vivite, Solmei Proceres; per Nestoris annos

Una Trias servet, Trina Monasque; sat est.

F I N I S.



ULB Halle
BIBLIOTHEK
Halle



Ze 56 30

ULB Halle

3

004 958 306



Voll
91. 20



Z
5



G
Illustrium
COM
SOLM
Dominoru

Wildenfels/
ac

Continua serie à
hanc nostram eta
bus Epigra

ALBERTO-O
LAUBA



g
Ex Officina Typ
AN

